



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XV. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Arnulphus Episcopus pridie festi B. V. Assumptæ omnia pro suo funere apparari præcepit, nec in vanum, eâdem enim die humi cineribus instratæ depositus obiit, postquam peccatorum veniam se accepisse à Deipara sibi aspectabili intellexit. *Lisanter invitata.* O pretiosa mors Mariæ filiorum! utinam moriatur anima mea morte Justorum.

S. Arnulphe ora pro me Deiparam, ut remissis peccatis meis beatam mortem habeam; illi me toto cordis affectu totum dedico, illam meam Dominam & Matrem eligo, Maternæ ejus protectioni me filialiter committo, cui in cælo aliquando sociari expecto; ô Mater Dei gloriosissima hodie in cælum abis, trahere me post te, trahere cor & affectus meos. O Sanctissima DEI, & mea Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Ad complendum Deiparæ annorum numerum singulis per octavam hanc diebus octo Ave recitabo.

Per fecunditatem tuam Domina mundus peccator est justificatus; damnatus salvatus; exul reductus. *S. Ansel.*

Quæstio: An die B. V. Assumptæ animæ in inferno vel purgatorio micidè puniantur? *v. Barri. an. Mar. c. 48.*